

*Abt Kaspar Aindorffer von Tegernsee an NvK. Er entschuldigt sich, den Kardinal nicht würdiger in der Abtei empfangen zu haben. Dabei hoffe er, dass NvK auf der Rückreise (von Regensburg) das Kloster wieder besuchen werde, um ihn und seine Mitbrüder zu trösten. Der Reiseweg nach Tegernsee sei ungefährlich.*

*Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 46<sup>v</sup> Nr. 123. Zur Hs. s. Nr. 1173.*

*Druck: Vansteenberghe, Autour 108 Nr. 2; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente 86-88 Nr. 25a (nach Vansteenberghe; mit deutscher Übersetzung Nr. 25b).*

*Em: Koch, Briefwechsel 103.*

Reverendissime pater et domine graciousissime, in Christo Jhesu se et suos cum recommendacione humilima et filiali subiectione semper devota.

Quia vestra dignatissime paternitati per filios indignos non talia, qualia digne decuisset, exhibita sunt, ruditas eorumdem et ignorancia culpentur, non ipsa voluntas utique plenissima. Sed ut qualicumque fiat recompensa, v.r.p. una cum fratribus iterum et iterum humilime exoro atque devota, prout possum, 5 instancia in Christo amore perpetuo vehementer attractivo peto et obsecro, ut dum vestra dominacio reverendissima post felicem desuper concessum et obtentam contra Bohemos victoriam<sup>2)</sup> ad propria redire ceperit, humiles et devotos filios non pretereat neque relinquat inconsolatos. Siquidem concupiscentias novas in eis suscitatas ac desideria devota conservare et augere, firmare et ampliare ac velud caput nobilissimum pre omnibus electionis membris sibi aptatis influere eaque vivificare v.r.p. dignetur 10 benigne. Et quoniam ea, que spiritum in pugnando delectant ac in vita regulari plurimum edificiant iterum audire avidi exoptant, v.d.r. eisdem misericorditer condescendat. Non enim erit timor nec nota in finibus vestris, quippe securus introitus et exitus apud nos est.

Denique pro eo, quod accidit in via<sup>3)</sup>, forsitan hoste impellente antiquo<sup>4)</sup>, cor meum totum pavore concussum modo est in me, velut non sit, neque sanabitur, nisi de viri dignissimi et eius caballi fuero 15 indempnitate plenius certificatus. Et quia dignam dignus sum ferre penam, offero me et eos, qui sunt mecum, ad satisfactionem plenissimam, quos pater dignissimus ut filiis quamvis indignis semper graciosus fovere dignetur. Amen.

---

8 ceperit: ceperitis. 15 concussum: folgt getilgt est.

---

1) NvK ist noch am 2. Juni in Tegernsee belegt; der letzte Beleg aus Regensburg datiert vom 27. Juni. Wahrscheinliche Abfassungszeit des Briefes: 2. Hälfte Juni.

2) NvK plante ursprünglich, von Regensburg weiter nach Böhmen zu reisen. Der Plan wurde aus verschiedenen Gründen aufgegeben. Vgl. Hallauer, Glaubensgespräch 62f. und unten Nr. 2662.

3) Über einen solchen Zwischenfall besitzen wir bisher keine weiteren Kenntnisse.

4) Vgl. Apoc. 12,9.